KL DECEMBER
habet dies XXXI.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | f | De | Eligij epiſcopi. | 17 | A | ctus | Adelheyd. im. |
| 2 | g | cem | Iuuinianæ uir. | 18 | b | ab | Bunibal. abb. |
| 3 | A | ber | Athlæ uirginis. | 19 | c | in | Nemeſij mart. |
| 4 | b | Bar | Barbaræ uirg. | 20 | d | de | Anno. & Zen. |
| 5 | c | ba | Criſpinæ uirg. | 21 | e | Tho | Thomæ Apoſt. |
| 6 | d | Nic | Nicolai epiſc. | 22 | f | mas | Cyronis mar. |
| 7 | e | col | Agathō. mart. | 23 | g | mo | Dagoberti re. |
| 8 | f | Con | Concept. Mar. | 24 | A | do | Gregorij epiſ. |
| 9 | g | cep | Ioach. pa. Ma. | 25 | b | Nat | Natiuitas Do. |
| 10 | A | & | Abundi diaco. | 26 | c | Steph | Steph. proth. |
| 11 | b | al | Damaſij papæ. | 27 | d | Io. | Ioan. Euange. |
| 12 | c | ma | Epin. & Ale. | 28 | e | Pu | Pueror. innoc. |
| 13 | d | Lu | Lu. & Ot. Sol in | 29 | f | Tho | Thomæ Cant. |
| 14 | e | ci | Solſtitii hyem. | 30 | g | me | Dauidis regis. |
| 15 | f | a | Valerij epiſco. | 31 | A | Syl | Sylueſt. papæ. |
| 16 | g | ſan | Ana. Aza. Mi. | | | | |

Læt*us* uiuere nunc uolo December,
Occîdo quoniam ſuem triumphans.

SVBIE-



# IANVARIVS.

## טבת TEBETH.
## DECIMVS.

ΑὐΔΥΝΑΙΟΣ.

SVID. Αὐδυναῖος ὄνομα μηνὸς παρὰ μακεδόσιν, ὁ ἰανουάριος.

ΓΑΜΗΛΙΏΝ.

ΤΥΒΊ.

*Hic menſis etiam ληναιών dicitur ab* He-*ſiodo lib. 2. ut uolunt aliqui.*

CIſio Ianus EPIphanijs dic dona Magorum.
Vincit ouans Agne, noua PAVlum lumina ver-
tunt.

Hoc die Anno 59. ... mortuus Senior ... princeps ... Christianus 3. rex Daniae, Coldingae.

# I. IANVAR.

טֵבֵת X.

CALENDAE IAN. ἈΥΔΥΝΑΙΟΣ.

CIRCVMCISIO DOMINI.

Decimi menſis die primo demum apparuerunt Nohæ incluſo in arcam humiliorum montium cacumina, cum tamen Arca in montibus Ararath iam conſtitiſſet 74. dies. Geneſis 8.

SIGISMVNDI Regis Poloniæ natalis Anno 1469.

Natalis ANDREAE VESALII Medici præſtantis, & Anatomes illuſtratoris, editi 45 minutis poſt quintam matutinam horam. 1514.

T. Liuius } mortui ſunt teſte Apuleio.
P. Ouidius. }

L. Marcius Cenſorinus COS. triumphum egit anno urb. 715. Hunc triumphum & alios plurimos, quos deinceps leges, adſcripſimus ideò potiſsimum, quod hac temporum notatione ſperauimus aliquid lucis acceſſurum Liuianæ Hiſtoriæ, & Chronologiæ Glareani. Sunt autem illi tranſcripti de marmoribus antiquiſsimis, quæ Romæ ante biennium, hoc eſt, anno Chriſti 1548. in foro Romano eruta ſunt ab iis, qui ædificiorum cauſa ſub terris marmora inquirunt, & poſtea in Triumuirale palatium montis Capitolini tranſlata ſunt.

In Baltheo ORIONIS media veſperi oritur.

Diſceſſi Bononia in maxima niue ... in Germaniam Anno 54.



ΓΑΜΗΛΙΩΝ. 

# II. IANVAR.

ΤΥΒΙ. IIII. NONAS IAN.

Natalis Doctoris CASPARI CRVCIGERI editi in hanc lucem Lipſiæ poſtridie Calendas Ianuarias, mane hora prima poſt medium noctis, Anno Chriſti 1504.

# III. IANVAR. א׳ טבת

## III. NON. IAN. ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.

M. TVLLIVS CICERO *naſcitur Q. Serrano Q. Cepione Coſſ. Anno urbis* 648. *quo anno Cimbri ingreßi fines Imperij Romani, Aurelium Scaurum cœſo exercitu captum interfecerunt. Fuit autem is annus ante Chriſtum natum* 103. *Gellius lib.* 15. *cap.*28. *Cicero ipſe lib.* 7. *Epiſt.*5. *ad Atti.*

In Baltheo ORIONIS ſequens veſpertino exoritur.



# IIII. IANVAR. ΓΑΜΗΛΙΩΝ.

## PRIDIE NON. ΤΥΒΙ.

FRIDERICVS *ex Miſnenſibus Marchionibus primus Elector Saxoniæ moritur, Anno Chriſti* 1428.

Siniſter pes ORIONIS communis cum NILO veſperi exoritur.

# V. IANVAR.

יא טבת

## NONAE IAN.

ἈΥΔΥΝΑΙΟΣ.

HIERONYMVS EBNERVS Duumuir Noribergenſis Reipublicæ, naſcitur anno 1477.

C. Iunius Bubulcus II. COS. de Lucanis & Brutijs triumphum egit anno urb. 476.



ΓΑΜΗΛΙΩΝ.

# VI. IANVAR.

ΤΥΒΙ.

## VIII. IDVS.

EPIPHANIA.

TRINITAS ſe patefecit, dũ baptiſatus eſt IESVS CHRISTVS.

MAGI oblatis muneribus infantem Ieſum agnoſcunt & adorant, ut Meßiam.

Hoc die ſcribit Epiphanius Chriſtum primo miraculo inclaruiſſe, ornantem egregio munere NVPTIAS IN CANA GALILAEAE, aqua uerſa in uinum. Eundem diem idem ſcriptor dicit eſſe natalem DOMINI noſtri IESV CHRISTI, idq; aliquoties repetit. Sed plurimi non ſine cauſa diſſentiunt.

Idem dies eſt natalis EOBANI HESSI laudatiſſimi poëtæ in Germania, nati Anno 1488. hora 5. poſt meridiem. Annus mortis eius hoc diſticho notatus eſt:

Ducite Theſpiades fletus, Elegeïa luge,
Hoc HESSVS ſaxo, gloria ueſtra iacet.

AVGVSTINVS SCHVRF artis Medicæ Doctor excellens, natus eſt apud Heluetios in oppido S. Galli Anno 1495. morit⁹ Francoforti ad Odera Aº 1555.

VVILHELMVS MEGALE Vuirceburgenſis, Ducum Luneburgenſium filiorum Ducis ERNESTI præceptor naſcitur anno 1510. mane inter 6 & 7.

# VII. IANVAR. צ טֵבֵת.

## VII. IDVS. ἈΥΔΥΝΑΙΟΣ.

Hoc die perſcriptum eſt ſenatuſconſultum illud extremum: DENT OPERAM COSS. PRAETORES, TRIB. PLE. QVIQVE PROCOSS. SINT AD VRBEM, NE QVID RESPVB. DETRIMENTI CAPIAT. Quo armati ſunt Coſſ. Lentulus & Marcellus, itemq; Pompeius aduerſus Iulium Cæſarem, fuitq; hoc claßicum belli ciuilis, inchoati Anno urb. 705, ante Chriſtum natum 46. anno: Cæſar. 1. Belli ciuilis.

Hoc die hora ſecunda post meridiem morit[ur] Hafniæ chariſs[im]a filia mea Benigna, cu[m] ex papulis ſeu veſiculis cutis, quæ totu[m] ipſi[us] corpus occuparant dies 12. laboraſſet vixit ſeptimanas 3. dies 2. Sepulta in templo Divæ Virginis, eo loco, quo filij mei corpus conditum eſt.



# ΓΑΜΗΛΙΩΝ. VIII. IANVAR.

## ΤΥΒΙ. VI. IDVS.

IOHANNES FRIDERICVS II. Dux Saxoniæ, IOHANNIS FRIDERICI ELECTORIS primogenitus naſcitur Anno Chriſti 1529. minutis 53. poſt horam ſeptimam pomeridianam.

Papiam, Ticinum



# IX. IANVAR.

X. טֵבֵת

V. IDVS. ἈΥΔΥΝΑΙΟΣ.

*Prætoris uerba, qui more maiorum Ferias concipere ſolebat, quæ appellantur Compitalia, hæc fuerunt:* DIE NONI POST CALENDAS IANVARII QVIRITIBVS COMPITALIA ERVNT. *Macrob. lib. 1. Satur. cap. 4. Sed ſciendum eſt, hoc feſtum non fuiſſe ſtatum, ſed quotannis concipi ſolitum, ſicut & Latinæ feriæ, & Sementinæ. Varro. Liuius 5. decad. lib. 4. Latinis, quæ pridie Calendas Apriles fuerunt, in monte ſacrificio rite perpetrato.*

De ASELLIS Borealis veſperi oritur.



ΓΑΜΗΛΙΏΝ.

# X. IANVAR.

ΤΥΒΊ. IIII. IDVS.

*Decimo die menſis Iudaici, nono anno regni Sedechiæ Rex Babylonicus Nabuchodonoſor irritatus defectione Sedechiæ, quem ipſe antea regem Hieroſolymis fecerat, & Vrbi pepercerat, denuò cum uniuerſo ſuo exercitu profectus in Iudæam, Hieroſolyma obſidere cepit, durauitq; obſidio 18. menſes, Supra hoſtilem metum etiam peſte & fame perimente incluſos intra mœnia Iudæos. Ioſeph. lib. 10. cap. 10. 4. Reg. 25.*

עֲשָׂרָה בְּטֵבֵת

*Decima in Tebeth. Ieiunium celebrant Iudæi, ut exiſtimant aliqui, ob huius obſidionis initium.*

Nebuloſa ſequens ſpiculum Scorpij mane oritur.

Lucida in CORONA veſperi occidit.

Carthoſa monasterium tanto
60 sumptu extructum: ut nullum in Europa ei preferendum ee multi existiment.

# XI. IANVAR. א טבת x.

III. IDVS. ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.

ERNESTVS DVX LVNEBVRGENSIS
mortuus eſt anno 1546. ætatis 48.

Hoc die Anno 79. Baptizatur Coldingae, in nomine Summae TRINITATIS, ill.mus Princeps, Dns Dux Huldericus, filius Ser.mi et opt.i Regis nri Ad cuius illust.is compaternitatem, ego qq cum alijs Nobilib. et officiarijs aulicis, ab ipsius Mte, clementer sum vocatus et adhibitus.

ΦΆΤΝΗ. PRÆSEPE veſpertino oritur.





# XII. IANVAR.

ΓΑΜΗΛΙΩΝ. PRIDIE IDVS.

ΤΥΒΊ.

Obijt MAXIMILIANVS Imperator auus Caroli V. Anno 1519. cuius mortem uiſa eſt ſignificare Eclipſis Solis horribilis, quæ præceßit 8. die Iunij, Anno 1518.

Andreas Alciatus, qui oiu doctrinarum orbem absoluit, et primus legum studia antiquo restituit nitori, Vixit annos 57. meses 8. dies 4. obijt hoc die Papiae. Sicut legi in ipsius monumento sumptuosissimo, et elegantiss. Anno 1550.

Dextrum genu ORIONIS veſperi exoritur.

De ASELLIS Auſtrinus mane occidit.

# XIII. IANVAR. יא טבת

## IDVS IAN. ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.

Q. Publius Philo COS. de Latinis triumphum egit Anno urb. 414.

Sp. Caruilius Max. L. Papyrius Curſor COSS. de Samnitibus triumphum egerunt anno urb. 460.

C. MARIVS, cuius uirtute & calliditate Romanum imperium aduerſus Cimbrorum & Teutonum irruptionem defenſum fuerat, ab exilio reuocatus à Cinna, & in urbem introductus cum exercitu, cum ſeptimum conſul factus eſſet Calendis Ianuarijs, patratis in hoc paucorum dierum honore plurimis cædibus, mortuus eſt Idibus Ianuarij ſeptuagenarius, cum metu aduentantis Sillæ in pleuritidem incidiſſet, quam phreneſis comitata fuerat, Florus lib. 80. Plutarchus paulo aliter: ἀποθνήσκει δ' οὖν Μάριος ἡμέρας ἑπτακαίδεκα τῆς ἑβδόμης ὑπατείας ἐπιλαβών.

Natus eſt IOACHIMVS II. Marchio Brandeburgenſis ELECTOR hora 9. min. 24. Anno 1505.

HERMANNVS Epiſcopus Colonienſis natus eſt an-
♄. no Chriſti 1477. hora ſecunda pomeridiana.

Hoc die anno 1.5.65. mane, hora 4. minuto. 40. naſcitur cariſſ. filia mea Dorothea ſecunda, Roſtochij, quo vxor mea cum

De ASELLIS Auſtrinus veſperi oritur.

liberis propter peſtem ſæuiſsime in Dania graſsantem ſeceſſerat, quo tempore ego cum Senatore regni Daniæ Georgio Roſencrantz ad Imp. Maximilianum ſecundum ablegatus eram, in negocijs Regijs.



# XIIII. IANVA. ΓΑΜΗΛΙΩΝ.

## XIX CAL. FEBRV. ΤΥΒΙ.

ΦΑΤΝΗ PRÆSEPE mane occidit.

# XV. IANVAR. א׳ טֵבֵת

## XVIII. CAL. FEBR. ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.

CARMENTALIA *Romæ celebrata in honorem* CARMENTAE *matris* EVANDRI, *quæ de Romano imperio vaticinata eſt.*

Hunc librum vendicat Hilarius Achilleus,
et est ejus verus possessor,
Codicis Haeredem, si vis cognoscere lector
subscriptum nomen, respice quaeso meum
Nemo petit coelum nisi per Christe Redemptor
A te sit salus non aliunde venit
[illegible]
Hilarius Achilleus f. Hilarij
suapte manu

Caput GEMINI ſequentis mane occidit.



# ΓΑΜΗΛΙΩΝ. XVI. IANVAR.

## ΤΥΒΙ. XVII. CAL. FEBR.

*Naſcitur Caroloſtadij* IOHANNES SCHONERVS *excellens Mathematicus Anno* 1477. *minutis* 7. *ante undecimam horam noctis.*

IOHANNES FRIDERICVS III. *Dux Saxoniæ,* IOHANNIS FRIDERICI ELECTORIS *filius natu minimus, editus eſt in hanc lucem anno Chriſti* 1538. *hora dimidia poſt decimam pomeridianam.*

[illegible]

Vltima AQVÆ in ore piſcis marini veſperi occidit.

ΠΡΟΚΥΩΝ. Antecanis veſperi oritur.

x4 die S. Antonij transiit magno cum periculo et difficultate montem eminentissimum et asperrimum S: Gotthardi. Basileam iuimus.



# XVII. IANVAR. טֵבֵת X.

XVI. CAL. FEB. ἈΥΔΥΝΑΙΟΣ.

C. Cæſar Octauius à Senatu & populo Romano Imperator AVGVSTVS appellatus eſt, anno 24. ante natum Chriſtum.

Eodem die THEODOSIVS Imperator, pater Honorij & Arcadij ſexagenarius Mediolani mortuus eſt anno poſt natum Chriſtum 399. Hiſtor. Tripar. fine lib. 9.

Eodem die Georgius Caſtriotus, ob uirtutem dictus SCANDERBEGVS Epirotarum Princeps, qui turcicam rabiem à uaſtatione Epiri & Vngariæ annos 24. arcuerat, obijt anno ætatis 63. anno Chriſti 1466.

Idem dies eſt natalis FRIDERICI Ducis Saxoniæ Electoris, cuius liberalitate Academia Vuitebergenſis conſtituta eſt, & eiuſdem fortitudine repurgatores cœleſtis doctrinæ conſtanter defenſi ſunt. Natus eſt autem paulo ante primam horam pomeridianam.



# XVIII. IANVA.

ΓΑΜΗΛΙΩΝ. XV. CAL. FEB.

ΤΥΒΙ.

# XIX. IANVAR. טֵבֵת X.

**XIIII. CAL. FEBR.** ἈΥΔΥΝΑΙΟΣ.

*A. Atilius Calatinus* COS. *ex Sicilia de Pœnis triumphum egit anno urb.* 495.



# ΓΑΜΗΛΙΩΝ. XX. IANVAR.

ΤΥΒΙ ΑΥΔ. **XIII. CAL. FEB.**

Ser. *Fulujus Pætinus* Nobilior *Procoſ. de Coſſurenſibus & Pœnis naualem triumphum egit anno urb.* 499. *Polyb. pag.* 9.

FABIANVS, *Contra quem, ſibi in epiſcopatu* Romano *prælatum Nouatus perniciosum dogma ſparſit in Eccleſia.*

SEBASTIANVS *ciuis Mediolanenſis, ſub Diocletiano militans ab eodem ob confeßionem Chriſti occiſus eſt* XIII. *Calend, Februa.*

De ASELLIS Borealis mane occidit.

# XXI. IANVAR.

טֵבֵת X.

## XII. CAL. FEBR.

ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.

## AGNE.

M. Aemilius Paulus Procoſ. de Coſſurenſibus & Pœnis naualem triumphum egit anno urb. 499. Polyb. pag. 9.



ΓΑΜΗΛΙΩΝ.

# XXII. IANVAR.

## XI. CAL. FEB.

ΤΥΒΙ.

ANDREAS ALCIATVS Mediolanenſis qui ius docuit Biturigibus in Gallia: Bononiæ, Ticini, Ferrariæ, in Italia, mortuus eſt anno Chriſti 1550. ætatis 58. Vidi ipſius monumentum ac epitaphium elegantiſsimum Ticini, ab ipſius herede Doctore N. Alciatino poſitum; Quem in eadem Academia magna dexteritate docentem audivi. Aº 54.

# XXIII. IANVAR.

## X. CAL. FEB. ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.



# ΓΑΜΗΛΙΩΝ. XXIIII. IANVAR.

## ΤΥΒΙ. IX. CAL. FEB.

TIMOTHEVS.

C. CALIGVLA *Germanici filius pollutus omni genere libidinum & crudelitatis, quarto imperij anno ſuorum immanium ſcelerum hoc die pœnas luit, interfectus à Tribuno cohortis prætoriæ Cherea, & alijs coniuratis, & ſimul uxor Ceſonia gladio confoſſa, & filia parieti illiſa eſt.*

Eodem die, *ut Ioſephus ſcribit,* PHILIPPVS MACEDONVM REX *pater Alexandri Magni, propter non punitam libidinem cuiuſdam ex proceribus aulicis, à Pauſania, paſſo illam contumeliam, occiſus eſt in pompa, qua ingrediens Theatrum, duodecim deorum ſtatuis magnificentiſſimè exornatis, ſuam quoq; imaginem adiungi curauerat, Anno ante Chriſtum natum 334.*

Anno 1559. deceſsit ex hac vita potentissimus princeps, dns Christiernus secundus, quondam Daniæ, Norvegiæ, et Sueciæ rex. Sepultus Othoniæ in monasterio fratrum [illegible]

Natalis neptis meæ ex filia Dorothea Iudith Gaastrœmiæ, quæ edita est in hanc lucem in prædio paterno Skeldoum, hoc die, qui fuit dies Martis, quadrante horæ, post 9. vespertinam Anno 9. 87.

# XXV. IANVAR. א. טבת

## VIII CAL. FEBR. ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.

CONVERSIO PAVLI, QVI APOSTOLVS FACTVS EST EX ACERRIMO PERSECVTORE.

SELIMVS Turcarum Imperator, Pater Solymanni, Alcairum munitiſsimam tunc Aegypti urbem, & Sultanorum ſedem, expugnauit, anno Chriſti 1517. plurimis ibi dedititijs, contra fidem datam crudeliter interfectis.

ADOLPHVS Dux Holſatiæ naſcitur Anno Chriſti 1527. hora dimidia poſt undecimam à meridie. Moritur / Anno 1586. calend. Octobris, in castro Gottorpia



# ΓΑΜΗΛΙΩΝ. XXVI. IANVAR.

## ΤΥΒΙ. VII. CAL. FEB.

C. Iulius Libo COS. triumphum egit de Salentinis anno urb. 486.

C. IVLIVS CAESAR DICTATOR ouans ex monte Albano urbem ingreſſus eſt anno urbis 710. quo anno poſt 48 dies, hoc eſt, Idibus Martijs, occiſus eſt.

Sex. Apuleius Procoſ. ex Hiſpania triumphum egit. Anno urb. 727.

FRIDERICVS BARBAROSSA Imp. poſt ſex menſium obſidionem Cremam capit & incendit anno Chriſti 1160.

# XXVII. IANVAR.

VI. CAL. FEB. ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.

ΚΥΩΝ SIRIVS veſperi exoritur. Caput GEMINI præcedentis mane occidit.



# XXVIII. IANVAR.

ΓΑΜΗΛΙΩΝ. ΤΥΒΙ. V. CAL. FEB.

L. Cornelius Dolabella Procoſ ex Hiſpania ulteriore de Luſitanis triumphum egit anno urb. 655.

CAROLVS MAGNVS Francorum Rex, ad quem primum Imperij Romani titulus & dignitas à Græcis Imperatoribus translata eſt, rebus maximis geſtis bello & pace, & conſtitutis ſcholis, Bononienſi, Pariſienſi & Papienſi, mortuus eſt Aquiſgrani, anno ætatis 72. Imperij 14. Chriſti 814.
Vbi vidi ipſius ſepulchru, et reliquias.

HENRICVS VIII. ANGLIAE REX obijt Anno 1547.

# XXIX. IANVAR.

IIII. CAL. FEB.

שבט x.

ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.



ΓΑΜΗΛΙΩΝ.

ΤΥΒΙ.

# XXX. IANVAR.

III. CAL. FEB.

AQVILA cum Sole occidit.

## XXXI. IANVAR. א טֵבֵת

### PRIDIE CAL. FEB. ΑΥΔΥΝΑΙΟΣ.

ΠΛΟΚΑΜΟΣ Coma Berenices veſperi oritur.



# FEBRVARIVS.

## שבט SEBAT.

### VNDECIMVS.

ΠΕΡΊΤΙΟΣ.

SVID. περίτιος μὴν ὁ φεβρουάριος κατὰ μακεδόνας.

ἘΛΑΦΗΒΟΛΙΏΝ.

ΜΕΧΕΊΡ.

Et PVRgata Parens ad templum ducit Ieſum,
Sede doces ſacra cum PEtro MATthia gentes.